gis a patre testimonium accepturus. Hec sunt lacrime devotionis in quibus non indulgentia petitur sed beneplacitum queritur. Dei patris in descendente in nos spiritu adoptionis filiorum testimonium perhibentis spiritui nostro quod sumus filii dei, ut mellifluam nobis de celo vocem videamur audire: quia vere deus pater in nobis complacuit sibi. Nec parum distat inter has lacrimas devotionis et eas utique iam vidisti atque eas quas penitencia extorquet. Infantie vagitus emisit lacrimas utique pene et confessionis. Verumptamen longe amplius utrisque precellunt alie quedam lacrime quibus et infunditur super vinum. Illas inquam lacrimas vere in vinum mutari dixerim que fraterne compassionis affectu in fervore prodeunt caritatis pro qua et ad horam temporis immemor esse sobria quadam ebrietate videris. Sermo in octava epiphanie de circumcisione et baptismo et ubi dominus ad iohannem.

Populo dure cervicis cultellus erat necessarius et lapideis cordibus merito cultri lapidei debebantur quibus lex a christo mater facta circumcisio memoratur. Noster autem huius temporis agnus mansuetus dominus abstulit hanc asperitatem. Vere agnus est cui lana et lacte veniens aufer a me obsecro cultellum istum durum cum vult et crudele puerulo tenero nato cultrum lapideum adhibere. Hic agit misericors durum duris congruam sicut filiis commutavit in mansuetudinem et rubiginem peccati originalis quam vix cultellus eradere poterat ex hoc iam in virtute gratie facile lavat aqua. Nichil ergo mirum si pro diversitate temporum mutatum sit sacramentum ut daretur utrisque quod eis congruum erat. Ipse vero christus utrumque suscepit ut tamquam lapis angularis utrique parieti coheereret ac si duarum rerum consuetudo conveniret sicut et pascha figuratum ipse complevit et verum protinus inchoavit. Sed et propterea voluit circumcidi ut ostenderet auctorem se esse veteris legis sicut et evangelii quod quidem per se ipsum ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto et crediderit ipse idem per servum suum prius dixerat. Omnis autem cuius preputium caro circumcisa non fuerit peribit de populo suo. Et si solum baptisma suscepisset videri poterat refugisse circumcisionem tamquam nichil ad se pertinentem. Si vero circumcideretur et non baptizaretur quis michi persuadere posset baptizari circumcisione relicta. Nunc itaque post circumcisionem baptismi suscipiens illud michi tenendum tradidit quod ultimo loco suscepit. Deinque caritatis amator et commendator qui habitare facit unius moris in domo quod caritate distueret. Hec enim scandalis factum videntes eum non circumcisum sicut iudei scandalis erunt ecclesia si infantem videret non baptizari. Non solum caritatis et unitatis bonum commendare sed humilitatis voluit exhibere ut legaturam vulneratorum susciperet qui solus erat absque vulnere. Hinc dicit enim apostolus. Misit deus filium suum in mundum natum ex muliere factum sub lege. Verum ne quis forte dicat quod circumcisus est parentes fecerunt puerulus enim erat. Iam triginta annorum ad baptismum ipse perrexit. Inclinatur sub baptiste manibus caput tremendum potestatibus principatibus

adorandum quod

+

adorandum. Quid mirum si baptista contremuit? Quis vel ipsa cogitatione
non contremiscat? O quam altum erit in iudicio caput quod nunc se inclinat
et vertex qui modo tam humilis videtur quam sublimis et excelsus tunc appa-
rebit. Sine modo inquit sic decet enim nos implere omnem iustitiam. Siquidem
qui in plenitudine temporis venit et in quo habitat omnis plenitudo divinitatis
corporaliter nichil novum nisi plenum, nam et legem non venit solvere sed im-
plere. ¶ Est autem iustitia quedam stricta et angusta valde inter quam
non pedem vertens in primam frontem sudis nec preponere se equali nec e-
quare preposito. Huius diffinitio est reddere unicuique quod suum est. Alti-
lacior est amplior iustitia nec equare se pari nec inferiori preponere.
Sicut enim grandis et gravis superbia est preferre se equali aut equa-
re prelato, ita magne humilitatis est inferiori se exhibere equalem aut e-
qualem inferiori. Maxima et plena iustitia est inferiori exhibere etiam
ipsi inferiori. Sicut enim summa et intollerabilis superbia est superiori se prepo-
nere, ita inferiori subdere summa et plena iustitia est quod competit. Ego
a te debeo baptizari de summa fuit qui superiori se subdidit. Quod autem Christus fecit
de plena iustitia fecit, siquidem ille se tremulis suis se manibus inclinavit. Vide-
at nunc quisque quem intendit, hunc an eum qui excellit super omne quod creditur deus
aut colitur. ¶ Studeamus et nos obsecro fratres adimplere omnem iustitiam,
ipsa enim est via per quam ad letitiam pervenitur. Nam letitia seminarium est iustitia
venientium et matura. Nam de ipsa iustitia erit letitia nunc cum Christus appa-
ruerit vita nostra et nos cum ipso in gloria quoniam ipse est qui factus est nobis a deo
patre iustitia. Beati vero qui esuriunt de letitia letantur et exhilarantur in con-
scientiis suis sugentes mel de petra oleumque de saxo durissimo. Nunc enim vi-
detur laboriosa iustitia sed veniet quando in servitute et conditione sine omni
labore desideret et habeat et amet et perpetuet quando fuerint ipsa iustitia. Ve
autem hiis qui derelinquunt viam qui relicta iustitia vanam et transitoriam le-
titiam querunt. Cum enim de transitoriis querunt letitiam non poterit non trans-
ire cum eis hiis de quibus exit. Sicut enim lignis deficientibus ignis defi-
cit sic mundus transit et concupiscentia eius. Haut dubium quin letitia quoque.

Sermo de evangelica lectione ubi continetur miraculum factum in nuptiis.

In lectione sancti evangelii hodie fratres audivimus quod dominus invitatus
ad nuptias fuerit. Vere quod alibi monet et studeamus semper fieri
hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Nam tenent
merito in agro bondanti aliquid vel eundem in ... non dicimus quid
exspectet. Nam enim semper sunt expectantibus. Et vere quem videmus stare ad ia-
nuam pulsare crebriusque ad fenestras suspirare nichil mirum si dicitur
quid exspectat. Illa ergo sunt semper expectandus quinimo sunt ... au-
ditur. Vacate et videte quoniam ego sum deus. Veniet dominus expectantibus cum
invenire qualis erat qui dixit: Expectans expectavi dominum. Venit tamen
quando revertetur a nuptiis celebrans vino mutatis et mensa iniquitatem nos